# Band I., Nr. 68, Seite 75

*Der Priester Madius gibt all sein Besitztum in Manzell unter ausgedrückten Bedingungen an das Kloster St. Gallen.*

## Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe. Um 812.

(Chr.) Ego vero in dei nomen Madius presbyter cepi divino, ut credo, in statu tractare, ut mihi secundum virium subpetitionem evangelica non recedissent nisi completa eloquia, quę aiunt, ut agros vel aliarum rerum substantiam dimittendi regnum ęternum adipisci merear perfruendi. Propterea trado ad monasterium sancti Galli quicquid in loco subter nominato pręsenti die habere videor, quem ętiam locum nominare volo, qui dicitur Maduncella[1]. Omnia quę ibidem in pręsenti die perspicue possidere videor, id est, terris, domibus, edificiis, vineis, pratis, pascuis, silvis, viis, aquis aquarumvę decursibus, ortiferis, pomiferis, mobilibus atque inmobilibus, cultis et incultis, seu omne quod adquirere debeo, vel adquirens augere potuero, omnia ex integro a praesenti[a] die, quę habere in iam supradicto loco videor, ad monasterium sancti Gallonis et rectori eius Uuolfleozzo[2] episcopo, vel fratribus ibidem degentibus totum et integrum traditum atque volo esse transfunditum. In ea namque condictione, ut tempus vite meę ego prędictus ipsas ad me recipiam res, et singulis annis inde censum persolvam, hoc est census: XXX siclas de cirvisa, et II maldras de annona, et I frisginga saiga valente. Post obitum vero meum pręfata res cum omni integritate revertatur ad ipsum monasterium perpetualiter possidendum. Et si evenerit, ut aliquis aliquando de rectoribus eiusdem monasterii ipsas res alicui in beneficium seculariter dederit, tunc ille qui propinquior in progenie mea sit, habeat licentiam ipsas res cum XX solidis redimendi, et tempus vitę suę perfruendi, et iterum ad eodem monasterium restituendi. Si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipse, aut ullus de heredibus vel proheredibus meis, vel qualibet persona contra hanc cartam

[a] Die Worte *seu omne* bis zur Anfangssilbe in *praesenti* auf einer Rasur.

[1] Trotz gewisser Einwände als Manzell, Friedrichshafen, FN, identifiziert; vgl. Michael Borgolte (Hrsg.): Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 368, Anm. 216, in Verbindung mit S. 369, Anm. 219 und Urkunde Nr. 73 (WUB, Bd. I, S. 82-83).

[2] Wolfleoz macht sich noch zu Lebzeiten des Abtes Werdo (gest. 813) zum rector monasterii St. Galli, nach dessen Tode nennt er sich *abbas*. Im Jahre 816 muss er dem Abt Gozbert weichen, vgl. Ildefons von Arx: Geschichten des Kantons St. Gallen, 3 Bde., St. Gallen 1810-13, Zusätze 1830. [ND St. Gallen 1987], Bd. 1, S. 34.

traditionis a me factam venire temptaverit, aut infrangere voluerit, non solum quod ei hoc non liceat facere, sed damnum incurrat, id est, tantum quantum cartula ista contenit, de rebus suis ad monasterium restituat. Insuper sociante fisco multa conponat, id est auri untias V et argenti pondera VII, et quod repetit, in nullo valeat evindicare, sed hęc pręsens carta firmitatis omni tempore firma et stabilis permaneat, cum stibulatione subnexa[b].

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

[b]Damit schließt die Urkunde.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Stiftsarchiv St. Gallen

**Signatur/Titel des Originals:**

Urk. St. Gallen II. 17

**Editionen:**

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 126. UB St. Gallen, Bd. 1, Nr. 216, S. 206 f. (mit der Datierung 813-816).

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Manzell Wohnplatz (17891)

Manzell, Friedrichshafen, FN

St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz